



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

86 De Non Ferendis Vltra Oneribvs, Qvibus misera plebs pro  
Sacramentoru[m] administratio[n]e grauat[ur].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

in superioribus etiam partim memoratum est.

DE CANONICIS CATHEDRALIVM ET COLLEGIATARUM ECCLESIASTICARUM.

Parrochis, reliquisq; religiosis personis, & PRIMVM, Q<sup>U</sup> INIQVIS NEXIBVS EPISCOPI ET PRAELATI A suis adstringantur Capitulis.

Illicitum est & hoc, planeq; iniustum, q; Canonici Ecclesiasticorum cathedralium præminentiores, quorum in manu posterior ecclesiasticorum iudiciorum Synodorum, ac censurarum pars sita est; reliquiq; collegiatarum ecclesiarum canonici, quibus eligendi superiorem potestas est, nullum in Episcopum, seu prælatum eligunt, nisi se prius iure iurando astrinxerit, planeq; deuouerit; literis quoq; interdum, instrumentisq; sigillo probe munitis cauerit, ipsis ipsorumq; ordinatis iudicibus ac officialibus in nullo vtcunq; graui, vel in honesto, intolerabiliq; proposito, se contrariū fore. Ac si quādo eos delinquere contigerit, impune eis per ipsum, vt hoc sibi liceat.

DE NON FERENDIS VLTRA ONERIBVS, QVIbus misera plebs pro Sacramentorū administratiōe grauat,

Plerēq; item parochiales ecclesiæ, monasterijs, prælatis, alijsq; ecclesiarum curatarum rectoribus, incorporationis, vt vocant, seu alio quopiam iure, subditæ sunt; quas & si ipsi iuxta canonum constitutiones, per se prouidere teneantur, vbi alijs elocant gubernandas, beneficiorum dotem, ac decisimas, plerunq; sibi ipsis reseruant: & præterea tam enormibus absentiarum pensionibus grauāt atq; onerant, vt conduceditij isti parrochi, eorumq; vicarij, viceplebani, facellani, coadiutores, cæteriq; conductarū ecclesiarum administratores, competentem sustentationem, decentiacq; alimenta inde habere nequeant; quo fit, ( nam vnde conducticij isti pastores & mercenarij, viuant, habeant oportet, ) vt illicitis exactiōnibus, locatas sibi ouiculas, misere depredēt, dilaniēt, oēmcp

G ij

Substantiam tantum non absument. Postq; enim altaris , ba-  
ptismiq; sacramenta administranda sunt, Primus, Septimus  
Tricesimus , Anniversariusq; dies peragendus , auricularis  
confessio audienda, mortui sepeliendi; & quicquid deniq; res  
liquam est , quod ad vita functorum ceremonias obseruan-  
das operè premium arbitrantur , id gratuito faciunt nequaq;,  
sed tantum exigunt, extorquent, exugunt, quantum misera  
plebecula, vel cum summo suo dispēdio præstare difficulter  
potest , talesq; exactiones vscq; ad summum indies augent,  
atq; accumulant; nōnunq; quoq; excōmunicationis fulmine  
ad soluendum adigunt; plerosq; etiam , quibus per inopiam  
non licet ad celebranda vita functis obsequia, anniversarios  
& alias eius farinæ ceremonias, cōpellere conantur.

VT OB MISSAS CANTANDAS ET LEGENDAS  
pecuniam exigant .

87 Neg; hoc præteriri potest, quum non minimū sit, quo Ger-  
mani præmantur, q; sacerdotes vnius diei missas , ad quas  
alias fundationis, seu annuæ recordationis iure celebrandas  
obligātur, non semel, sed quater, quinquies, pluriesue venun-  
dant; vnaq; missa, duabus, tribus, aut plurib<sup>o</sup> Ecclesiasticis  
beneficijs satisfacere præsumunt .

Q VO PACTO PARROCHI, A SVIS PAR-  
rochialibus subditis , vbi domicilium mutare voluerint, pe-  
cuniā emulgeant .

88 Item, sicubi curat<sup>o</sup> ecclesiæ subditus domicilium matrimo-  
niū, seu alterius cuiuspam negocij causa, in aliam transferre  
parochiā, animo secum volutat, non prius migrandi licen-  
tiam a parrocho impetrat, q; vbi pro testimonialibus literis  
aureum numerauerit nummum: quem si soluere vel nolit,  
vel ægestate pressus, non possit , sacramentorum interdicto,  
donec satisfecerit, multatur. Ex hoc itaq; ac cæteris suprata-  
ctis oneribus & grauaminibus facile deprehenditur, mirūq;  
in modum emicat, q; omnia Ro. Ecclesiæ sacramenta ijs , qui